

Band VIII., Nr. 2955, Seite 216-217

Truchsess Eberhard von Waldburg verkauft an Abt und Konvent von Weingarten Güter zu Altdorf.

Ohne Ortsangabe, 1280. April 1.

In nomine domini. Amen. Materia future litis supprimitur, quando res acta scripti notitia aut testium memoria conservatur. Ego igitur Eberhardus dapifer de Walpurg ad notitiam omnium perducere curavi, gravia imminetia michi dampna cupiens prevenire, curias in Altorf dicti Trittels et dicti Solbaches nominatas et molendinum dictum Schellinges mûli, que michi pleno iure et iurisdictione, que dici solet eihafiti, cum nemoribus virgultis viis et inviis ingressibus egressibus aquis et earum decursibus regie benignitatis gratia feudali beneficio a progenitoribus meis devolute ad me pertinebant, iusto emptionis titulo venerabilibus abbati et conventui monasterii de Weingarten pro septuaginta marcis puri et legalis argenti ponderis de Ravenspurg me dedisse ad emendum, quod pretium venditionis michi recognosco fideliter appensum et in usus meos conversum, promittens me venditorum bonorum iustum warandum. Si iusto iuris beneficio ecclesiastici seu civilis dictis abbate et conventu in causam tractis dicta sepius bona cum suis iuribus alteri fuerint adiudicata, refundam cum subnotandis bonis proprietatis iure competentibus michi recompensans, quod vulgo ursaz appellatur, [que,] si, postquam supra-memoratis venditis bonis devestiti fuerint, infra tunc instantis anni spatium predictum pondus argenti pluries nominatis abbati et conventui persolvere neglexero, libere cum omnibus suis iuribus in ipsorum transibunt possessionem corporalem. Quorum vocabula sigillatim duxi exprimenda: in Urbach duo, unum uf der Staige quod colit Bindarius, unum quod colit Wernherus in deme Stochahe, unum Cûnradi von den Bechener, unum Cûnradi dicti Notspehe, unum Hainrici von den Mûlter, unum Cunradi in Prato, unum Cunradi in dem Mose, unum in pomerio quod colit dictus Molder, unum in Gogelingen¹, unum ad Rûprehteshûs, unum in superiore Hûwienberc, que annuo censu singulis annis terminis statutis XV libras et X solidos usualis numismatis persolvent. Renuntio etiam pro me et meis heredibus, cuiusvis conditionis censeantur sexus et etatis, omni beneficio legum et canonum omni consuetudini loci et patrie omni exceptioni in genere et in specie exceptioni plerumque non numerate pecunie singulis et universis, quibus prescriptorum contractus infirmari posset vel in irritum revocari. Ne quid vero in elusionem

¹Heute King.

II

prelibati facti emergat, presentes conscientia mea confectas sigilli mei appensione feci robur habere firmitatis.

 Datum anno domini MCC octogesimo, kalendas Aprilis, indictione VIII. Testes sunt: vir nobilis Rudolfus comes de Montforti socer meus, Eberhardus miles de Walsei, Hermannus pincerna de Smalnegge, Ulricus dictus Scharber, Rûdegerus de Roschenhartes milites, Ul[ricus] de Wildenegge, Fridericus de Anchenrûti, Fridericus dictus Heller, Fridericus Zûzel, Hanricus Rot, dictus Slefelin et alii plures.

—

An schwarzen leinenen Fäden das in WUB, Bd. VII, S. 278 beschriebene Siegel des Ausstellers aus mit Eisenoxyd gemischtem Wachse.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 515 U 1716

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Ankenreute Wohnplatz (18833)
 Ankenreute, Bad Waldsee, RV
 Bad Waldsee Wohnplatz (18837)
 Bad Waldsee, RV
 Humburg Wohnplatz (18979)
 Humburg, Bad Wurzach, RV
 King Wohnplatz (20424)
 King, Wangen im Allgäu, RV
 Mittelurbach Wohnplatz (18869)
 Mittelurbach, Bad Waldsee, RV
 Montfort, Götzis, Vorarlberg, Österreich
 Oberurbach Wohnplatz (18872)
 Oberurbach, Bad Waldsee, RV
 Ravensburg Wohnplatz (20120)
 Ravensburg, RV
 Rosenharz Wohnplatz (19366)
 Rosenharz, Bodnegg, RV
 Rupprechts Wohnplatz (19069)
 Rupprechts, Bad Wurzach, RV
 Schmalegg : Ravensburg RV
 Schmalegg Wohnplatz (20127)
 Unterurbach Wohnplatz (18887)
 Unterurbach, Bad Waldsee, RV
 Waldburg Wohnplatz (20306)
 Waldburg, RV
 Weingarten RV
 Weingarten Gemeinde (20557)
 Weingarten Wohnplatz (20565)
 Weingarten, RV
 Wildeneck Wüstung (24137)
 Wildeneck, Weingarten, RV, W